Quia autē sunt quedā quidem delectabilia natura. ⁊ horum hec quidē simpliciter. hec autem ꝑm genera ⁊ animaliūꝫ ⁊ hominuꝫ. hec autem non sunt. sed hec quidem propter orbitates. hec autē propter consuetudines fiunt. hec autem propter perniciosas naturas. Est ⁊ circa horū singula siles videre habitus Dico aūt bestiales puta eam homineꝫ quā dicunt pregnātes rescindentē pueros deuorare. vel qualibet bestialitate gaudere aiunt quosdam siluestrium circa pontum. hos quideꝫ crudis. hos autem hominū carnibus. hos aūt pueros cōmodare ad inuicem in conuiuiū. vel circa phalarim dictum hij quidem bestiales Hij autem propter egritudines fiunt et maniam quibusdam. queādmodum matrem sacrificans ⁊ comedens ⁊ conserui epar. Hij autem egritudinales vel ex consuetudine. puta pilorū euulsiones ⁊ vnguium corrosiones. Adhuc autē carbonum ⁊ terre. cum his autē que venereorum masculis. his quidē eñ naturata. his auteꝫ ex consuetudine accidūt. puta assuefactis ex pueris. Quantis quideꝫ igitur natura causa hos vtiqꝫ nullus diceret incontinētes. quemadmoduꝫ neqꝫ mulieres quoniaꝫ nō ducūt sed ducūtur. similiter autē ⁊ egrotatiue habētibꝰ ꝓpter ꝯsuetudinē. Habere quideꝫ igiꝛ singula horū extra terminos est malicie. queādmodum ⁊ bestialitas. habentē aūt superare vel superari nō simpliciter incōtinētia. sed que ꝑm silitudinem quemadmodū ⁊ circa iras habentē hūc modū passionis. incontinentē autē nō simplr̄ dicendum. Omnis eñ superabūdās malicia ⁊ insipientia ⁊ timiditas ⁊ intēperantia ⁊ crudelitas he ꝗdem bestiales. he aūt egritudinales sunt. Hic quidē eñ natura talis qualis timere omnia. ⁊ si sonū faciat mus ꝑm bestialē timiditatem timidum. hic aūt iniuste mustelam timuit ꝓpter egritudinem. Et insipientium hij quidem ex natura irrationales ⁊ solum sensu viuentes bestiales. quemadmodū quedam genera longe barbarorum. hij autem ꝓpter egritudines puta epilenticas vel manias egritudinales. Horum autem est quidem habere quedam quandoqꝫ. non supari autem. dico autē puta si phalaris tenuit concupiscens puerum comedere. vel ad venerorum incontinentē delectationem. est autem supari non solum habere. Quemadmodum ⁊ malicia. que quidē ꝑm hominem simpliciter dicitur malicia. que autem ꝑm appositionem quoniam bestialis vel egritudinalis. Simpliciter auteꝫ non ꝑm eundem modum videlicet ⁊ incontinentia est hec quidem bestialis. hec aūt egritudinalis Simpliciter aūt que ꝑm humanā intꝑantiam solū qm̄ quidem incontinentia ⁊ continentia est solum circa que est intꝑantia ⁊ tꝑantia. ⁊ quoniam circa alia est alia spēs incontinentie dicta ꝑm metaphorā ⁊ nō simplr̄ manifestum.

## Queritur septimo

Utrū cōtinentia ⁊ incōtinētia sint circa delectatōes humanas ⁊ bestiales Arguiꝛ ꝙ nō. Et p̄mo ꝙ non sint circa delectatōes humanas tanqꝫ circa materiā ꝓpriam. qꝛ ꝑm Ambrosiū p̄mo de officijs. cōtinentia est in omni actu hois. sed nō ois actus humanus ꝑtinet ad delectationē. igiꝛ ⁊c. Scd̄o arguiꝛ ad idem. qꝛ ꝑm Tullium secūdo rethorice. ꝯtinentia est ꝑm quā cupiditas gubernatiue regiꝛ. sed cupiditas est in diuitijs ⁊ nō in delectationibꝰ humanis. ꝗ ꝯtinentia nō est circa cōcupiscētias hūanas Tercio arguiꝛ ꝙ ꝯcupiscētia sit circa delectatiōes bestiales. qꝛ in talibꝰ cōcupiscētijs est immansio rōnis et egressio a rōne. sed cōtinens est idem qd̄ ꝑmansiuus rōni. igiꝛ. ⁊c. In oppositū est phs in textu. Primo videbitur de quesito. De secundo aūt erunt dubia.

Quantū igitur ad primum.

## Sciendum primo

ꝙ postqꝫ phus ostendit ꝙ diuersimode est aliquis continens ⁊ incontinens dictus ꝑm diuersas consideratōnes humanas. hic consequenter ostendit ꝙ diuersimode dicitur aliquis cōtinens circa delectationes humanas ⁊ bestiales. Primo ostendens diuersitatem delectationū humanaꝝ ⁊ bestialiuꝫ. Et deiñ qm̄o diuersimode circa eas dicatur continētia et incontinentia Primo igitur dr̄ ꝙ de

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-95/0123
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt